

## DE POND E R I B V S

**Drachma.** & L. Columella libro ultimo meminit.  
**Olea.** Oboli sex Drachmam, quæ Atticis eadem  
**Carium Ponticū** est cum Olea, itemq; cum eo, quod Carium  
**Chyme.** Ponticum uocant, eandem & cum Chyme  
**Stagiū.** uidetur existimasse Palæmon, nisi q; Chy-  
**Sextula.** me ad mensurā, Drachma ad pondus ma-  
**Solidus** gis refertur. Oboli octo Stagiū, qui & Sex-  
 tula Latinis dicitur, cuius ponderis est aure-  
 us nummus, qui Solidus in Iure appellatur  
 Sunt & ex Græcis qui *δυναρίον* nuncupent,  
 aliud uidelicet pondus a nostro Denario,  
 qui Drachmæ Atticæ æquipollet. Oboli du-  
**As.** odecim Assem, quē Græci *ἀσάριον* dicunt:  
**Sicilicus** est & Sicilicus, qui Palladio, & L. Columel-  
 læ, & Plinio lib. xviiij. cap. xxxij. autori-  
 bus, duas Drachmas in se habet. Oboli se-  
**Duella.** decim Duellam Latinis. Oboli xviiij. My-  
**Mystrū.** strum paruum, quod quidam & Chymen  
**Chyme** uocant: huius mensuræ nomen Latinum  
 nec Columella quidem libro ultimo, capite  
 uigesimo primo reperire potuit. Paulus ta-  
 men Ægineta Chymen quandam magnā  
 nominat, quæ sit Obolorum xxxvi. Memi-  
 nit eius et interpretes Nicandri, sed corrupto  
 codice, in quo uulgo legitur, *μνᾶσ μικρὰς,*  
 pro *χύμας μακρὰς ἢ τοι μύτρα μακρὰ.*  
**Stater.** Oboli xxiiij. Staterem, id est, Semunciam,  
 eiusdem